



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Lazarus Conf. 23. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

Pictorem pingimus, utinam suis coloribus & tam bonis, quam bonis ille alios Divos depinxit! **L A Z A R U S** est, monachus idem & Appelles, sed sanctior illo altero, ut qui non jam Veneres Cupidinesque (oculorum laqueos) sed Virginem & in Virginis sinu Virginem Amorem, aliosque cœli indigetes animare penicillo solitus est, eoque studiosius, quod sub eadem tempora Theophilus Imp. sublata è medio omnia Divorum monumenta vellet, omnibusque poenis in eos sœviret, qui non conspuerent hæc pedibusque calcarent. Pugnabat ergo contra barbarum furorem doctâ manu **L A Z A R U S**, & penicula reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleverat, vel deformarat. Captus igitur & ultimis tormentis excarnificatus in ipso tamen carcere tot trophyæ de Theophilo posuit, quot iconas Divorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enimvero exceduit irâ tyrannus, ferroque & ipso cændenti patronas Divorum manus eò usque foedum in modum adussit, dum exanime corpus dolori succumberet. Neque sic tamen afflicta manus vietas dedit **L A Z A R U S**, sed precibus Imperatricis vitâ donatus continuò in fano D. Baptista ejusdem imaginem exornare aggressus.